minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitiis militari ad munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis Dilationibus 36 et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea Ultra proximos Officii praesentis Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones appellationes ac prosequutiones faciendo. Praemissaque Omnia poenis Simplicibus vel Triplicatis Evasionibus Suspensionibus Fatalibus Juris Exceptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo quovis alio evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta ante Festum Sancti Matthiae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

20/II 1659

Arwey Ungarus Judaeos Seniores Praemyslienses Quietat, et Statuet.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Honoratus Stephanus Arwey natione Ungarus Magnifici Castellani Woynicensis Famulus sanus mente et Corpore existens foro suo quovis proprio omisso et Jurisdictione sua Competenti posthabita Praesenti autem Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Domini Venceslai Gosnicki Successive conducentis Camerae Dobromiliensis Infideles Simone in Poznanski Michaelem Boruchowicz et Hendzel Judaeos Arendatores Praemysliensis eorumque posteros de Protestatione certa per se Recognoscentem et eundem Generosum Gosnicki Contra eos Judaeos et ipsi Comprincipales occasione sui Recognoscentis tempore in eadem protestatione expressis modoque et Ordine ibidem Connotato in Actis Castrensibus Praemysliensibus sub tempore

Sub tempus Celebrationis Iudiciorum Positionis Actorum Terrestrium violen:
ter Captivationis in domumq. eiusdem Simonis Poznanski et violenti
Haydones adductionis, et Concisionis Carcerationis Equi cum Ephip-
pio bombardis binis et aliarum Rerum in Protestatione specificatarum
violenti receptionis aliarumq. Violentiarum perpetrationis et exinde pacis
et securitatis publicae et Iudiciariae Violationis Officiose facta tum de
Causa et Actione ad eandem Protestationem iisq. Iudaeis ad quodvis
Iudicium et Officium instituta, et intentata Decretisq. quibusvis in eadem
Causa latis ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscens et eidem
Gnoso Gostwicki per praefatos Iudaeos praestitam satisfactionem quietat ac
mittit, liberosq. et absolutos penitus pronunciat Protestationemq. praefatam
Causam et Actionemque [illegible] Cassat mortificat et annihilat sibi et
suis Posteris praemissorum ratione perpetuum imponendo silentium. Prae-
terea Memoratus Recognoscens Honoratus Stephanus Arwey eius Infidelibus
Iudaeis et Arendatoribus Przemyslien. eorumq. posteris se suosq. successores
inet sup bonis suis generaliter omnibus ac summis peccuniariis quibusvis
habitis et habendis inscribit et Obligat plenius supradictum Gnosum
Gostwicki vel in eventu mortis successores ipsius ad approbandum perscriptionem
Inscriptionem praesentem Quietatoriam vel similem suo pro interesse fa-
ciendam ad acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia
intra decursum duarum septimanarum stavere, et praesonatos adducere
ab eoq. vel eius Successoribus ut praemissa exequantur efficere. Intra
tempus vero Staritionis memorati Gnosi Gostwicki vel Successorum
ipsius debebit et tenebitur praenominatus Recognoscens suosq. successores ad easq.
Obligat memoratos Infideles Iudaeos vel ipsorum posteros ab omni et
quavis impetitione Iuridica ex occasione supradicti Gnosi Gostwicki
exorienda in Omni Iudicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit
tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnesq. eum prae-
stitis reddere idq. sub Damnis Terrestribus simpliciter absq. Corporali
Iuramento taxandis, et edicendis per eundem Recognoscentem Honoratum
Arwey praenominatis Infidelibus Iudaeis Arendatoribus Przemyslien. ipsisq.
posteris in Casu non Staritionis memorati Gnosi Gostwicki vel
in eventu mortis successorum ipsius atq. etiam ob non paritionem Stari

x ac decreta

301

Judeorum vel ipsorum posterorum toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbens. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter atque Corporali Juramento taxandis modo praemisso ad solvendum succumbens ac pro re aliqua principali ex praemissis non Completa Complenda Citatusque extunc memoratus Recognoscens Honoratus Stephanus Arwey Ratione Aungarut suo Cum posteris ad instantiam praefatorum Infidelium Judeorum Abendantium Premisliensium suae ipsorum Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu supratto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere Respondere, damna praefata Terrestria luere Inscriptioni praesenti Quietationis in toto satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, sese ac suos successores ad eadem Omnia inscribit, et Obligat Illum Terminum primum Peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate per maiori minore nutate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Victorem vel alius quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem Ultra proximos Terminos Officii praefati Castrensis Premysliensis, dilationem sibi non recipiendo Nullasque Motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel Triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalibus vero praescriptione Terrestri bellis Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis ac defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

21/II 1659

Feria Sexta ante Festum Sancti Matthiae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Plebanus Husakowien et Apryszowski Roborant.

Comparentes